

1833

P O L E M I C I.

1834

bus seruetur &c. Adnectitur denique, quae primo, ut videtur, loco poni debebat, *Instructio pro nostro (Ferdinandi) fideli dilecto Leonbardo Straussen Consiliario et praefecto nostro in Brisaco eius videlicet negocij quod ipse nomine nostro tractare et expedire debet, apud generosum Joachimum Marchionem Brandenburgensem principem Electorem.* Incipit: *Prefatus noster Consiliarius hinc discedere propinquiore via et tempore quidem primo &c.* Data est: in ciuitate nostra Vienne. X. Januarij. Anno 39. Illustrat Fasciculus hic illa, quae ad hoc tempus apud Sleidanum, Goldastum, Hortlederum, Lunigium &c. leguntur.

XI. fol. 157. *Intellectus Prophetie et uerborum Esaię Propheetę, uaticinantis. Apprehendent septem mulieres virum unum* Septem Mulieres Exegetae nostro septem gratiae Spiritus sancti sunt.

XII. fol. 163. Iterum Excerpta Biblica.

XIII. fol. 169. Confutatio Epistolae ad Lutherum Ferdinando Rom. Regi adiectae hoc Titulo: *Ablainung aines erdichten Luterischen brieß, durch Johannem Dymophanium beschriben Anno domini M. D. XXXVIII.* Dedicatur Magistratibus quinque Pagorum Catholicorum in Helvetia videlicet: *Lucern, Schweytz, Uri, Vnderwalden vnd Zug,* et incipit: *Fürneme, Hochgeachten, lieb herrn vnd guete fründ. Der Hailig sant Peter hat weis ge-*

sagt In seiner andern Canonic &c. Nota est commentitia illa Epistola, quam primus promississe dicitur *Polycarpus Lyserus* a Bern. *Raupachio*, qui eam latine et germanice exhibet in *mantissa* T. II. *Austriae Evangel.* N. I. ad p. 32. nequaquam tamen ejus γμοιοτητος patronum agit. Eam jam 1538. in vulgus sparsam fuisse docet praefens Confutatio, quae inter alia neque *Ferdinandum* 1537. Oeniponte in *Tyroli* fuisse, neque unquam Conscientiae arbitrum ex *Ordine Minorum* habuisse adfirmat, quod utrumque eae Literae mentiebantur. Libellus totus legi meretur, sed finis deficit. Quid, si *Jobannes Faber* sub *Jobanne Dymophanio* latitat? Epistola ipsa an. 1783. rursus obtrusa rursus conficta ostenditur in T. I. *Freymüth. Betracht. &c. Augustae* 1784. 8.

XIV. fol. 193. *Jobannis Fabri* Iudicium de *Riegeri* cujusdam Libello Zwingliano inscriptum: *Kurze vnnerricht vnn ablainung vber N. Riegers Zwinglischen Yerrsal.* Ipsi *Fabri* manu passim interpolatum et resectum est, dirigiturque ad *Ferdinandum* Regem, qui *Fabri* sensum expecterat. Damnat vero hic et refellit ea, quae in Libello circa sacram Caenam et cultum Imaginum erronea notaverat.

CCCCLXI.

Codex chartaceus lat. germ. 269
Sec. XVI. Folior. 254. f. continet varia ad Religionis in Germania

1835

C O D I C E S

1836

mania negotium pertinentia, a *Joanne Fabro Ep. Viennensi*, ut videtur, collecta, et quidem: I. *Noua de Lutheranorum et Zwinglianorum conuentu habito in Smalcald. excerpta de literis cujusdam Doctoris. Sequentis Tenoris: Principes et status protestantes iterum celebrarunt in Smalcalden conuentum et in eo super ceremonijs concordiam fecerunt, qua in parte Zwingliani coacti sunt Lutheranis multa concedere maxime inter cetera quod attinet ad imagines. Consensere Zwingliani, ut imagines Crucifixi et Apostolorum denuo erigerentur. Præterea quandam recognitionem non longe a Confessione distantem, omnibus his, qui Sacramenti communionem habere uolunt. Et desuper ut unusquisque in Ecclesia absolutio- nem accipiat. Et reciproce Lutherani debent ab ecclesijs amouere imagines eorum Sanctorum, quorum in Biblicis scripturis, nulla uel mentio uel memoria fit. Quia uero nos Augustani usque huc edocti sumus et didicimus, omnes ceremonias una cum imaginibus impias esse, Proin formidandum est uehementer, quod difficile hæc eruentur ex animis populi, et quod non sine scandalo possint ea obtine- ri. Sequuntur dein Pacta Conuenta per Articulos. Ita de Eucharistia: *Ecclesiastici corrigant missæ dedecorosos abusos et stolidas superstitiones. Amputetur consuetudo sacrificantium ob numulos &c.* Ad an. 1540. hæc pertinent; itaque ad calcem adscriptum est: *Lutheranorum Decreta Anno**

1540. *oblata F. regi Gandau 20 Aprilis.*

II. fol. 7. *Confessionis Inuictiss. Imperatori Carolo Quinto per aliquot Principes et status Imperij in Augusta Vindelica exhibitæ cum Lutheri et Lutheranorum Dogmatibus nouisque falsæ religionis ritibus Compendiosa Collatio Authore Joanne Fabri Episcopo Viennen. Ex Gandauo Inchyta urbe Flandriæ Anno MDXL. mense Aprili. Ratio Opusculi est, ut cuius Asserto Confessionis August. adponatur ex A catholicorum Scriptis unum alterumve Assertum contrarium. Non inuenio laborem hunc in Cat. Operum Fabri neque typis editum putem.*

III. fol. 23. *Confessio Zwinglianorum in Comitijs Augusten. Cæs. Maiestati oblata. 1530. Est Scriptum IV. Civitatum Argentinæ, Constantiæ, Memmingæ et Lindaviæ, ut Cod. CCCCLIII. quem adi.*

IV. fol. 44. *Ad inuictissimum Cæsarem Ferdinandum de summe necessario tollendis ex catholica ecclesia abusibus ad reformandum totum ecclesie corpus, quod alioquin nullam sit unquam pacem habiturum. Per Fridericum Nauseam Doctorem. Mirum, Ferdinandum hic Cæsarem dici, quem titulum nonnisi anno 1556. vergente adsumsit, Nausea jam 1552. uivis exento, Tractatu uero hoc ante an. 1541. conscripto, quo demum *Job. Fabro* ad Infulas Vien. successit. Ceterum uide, quæ de eo ad Cod. CCCXC. notauimus.*

V.

1837

P O L E M I C I.

1838

V. fol. 86. absque titulo *Annales Francorum* vulgo *Eginbar-do* tributi, ad quorum calcem legitur: *Exemplar huius libri inuenimus in Bibliotheca Monasterii del Becco* (Beccum, Le Bec, de quo *Gallia Christ.* T. XI. col. 216.) *ord. S. Benedicti Rotomagen. dioc. quod quidem uetustissimum erat, et situ carieque confectum ac sine principio inuentum mense Januario 1540. Scriptum Maio.* Cum Librarii manus eadem fit, quae supra in Opusculo *Job. Fabri Gandavi* dato, certum mihi fit *Fabrum* sub anni 1540. principium e *Belgio* ad illustre illud Coenobium, in quo olim *Lanfrancus* et *Anselmus* claruerant, procurrisse, hocque *Thesauro* potitum fuisse. Num *Αυτογγραφον* etiamnum ibidem extet, non liquet. *Bouquetus* saltem, qui post *Herm. Nuenerium*, *Iust. Reuberum*, *Franc. Pitheum*, *Marq. Freberum*, *Andr. Quercetatum* et *J. Mich. Heineccium* hos *Annales* inter *Scriptt. Rer. Francic.* partim T. V. col. 196. partim T. VI. col. 174. edidit, ejus non meminit. Quod porro *Faber* ait *sine principio inuentum*, de duorum solum annorum D. CC. XLI. scilicet et XLII. defectu intellige; ab anno enim XLIII. usque ad D. CCC. XXIX. ut in impressis inoffenso pede decurrit. Cum vero in *Bibliotheca Aug.* plura extant ejus *Exemplaria ms.* inter *Codd. Historicos*, ut jam *Lambecius* L. II. C. 5. p. 401. notavit, amplior ibi erit de eodem

loquendi occasio. Hic solum specimen aliquod praesentis *Cod.* a *Bouqueti* edit. variantis addam. Anno DCCXLIII. noster *Herchseburg* (fortasse *Heresburg*) pro *Hochsigburg*. DCCXLVI. *Cassinum castrum* pro *Cassinam arcem*. DCCXLVIII. *Baioariorum ducatum* pro *Baioariam*. DCCLIII. *Rinum* pro *Rimi*. *Iuburg* pro *Viburg*. *Regi* — *nuntius uenit*, pro *Regi* — *nuntium accepit*. DCCLV. *ad ipsas montium clusas* pro *angustias quas clusas vocant* &c.

VI. fol. 151. sub titulo *Reges francorum* sequitur Series Chronologica a *Pbaramundo* usque ad *Ludovicum VII.* expositis in margine annis Christi et adjectis annis regiminis, hoc initio: *Pbaramundus marcomiris filius gentilis annis circiter XX regnauit. Anno christi 400. Clodio XX. 427. Meroueus XII. 450. Hildericus filius eius XX. &c.* Hanc feriem excipit altera *Ducum Normannorum* a *Rollone* ad *Guilelmum* dictum *Conquestorem*, quae incipit: *A morte Caroli Imperatoris usque ad annum quo Rollo Normanniam intravit 60 et unus annus transferunt* &c. Demum adjecta est brevis *Narratio* de quatuor *Clotharii I.* filiis, maxime de *Sigisberto*, ejus uxore *Brunechilde* et eorum posteris usque ad pugnam inter *Theobertum* nepotem et *Clotharium II.* ejus avunculum a. 600. ad *Antissiodorum*. Incipit: *Tempore quo Longobardi Italiam inuaserrunt id est anno 568. ab incarnatione*

1839

C O D I C E S

1840

tione domini mortuo Clothario rege francorum filii ejus id est *Aribertus, Gunthramus, Hilpericus, Sigisbertus* regnum francie quadripartite regnabant &c. In fine fit mentio de destructione Coenobii S. *Benedicti in Cassino*, quae in an. 582. incidit. Facta in his omnibus constant, frequenter tamen hallucinatur Chronologia. Particulas has in *Codice Beccensi Annalibus* adtextas a *Fabro* repertas fuisse, vero simillimum est.

VII. fol. 154. *Precipue Differentie inter puram christianamque Doctrinam euangelij et idolatricam papisticorum Doctrinam. Philippus Melancthon 1540.* Sunt Articuli XVI. quorum primus incipit: *Prima Differentia de vno christo et fide. Christiana Doctrina. Euangelium docet quod christus (Deus) nobis ex ineffabili misericordia filium suum ihesum christum misit &c. Papistica Doctrina. Contra Papiste nihil dicunt de fide. sed econtra docent dubitandum an sit remissio &c.* Vix adducor, ut credam autorem *Melancthonem*, qui Catholicorum doctrinam melius certe novit.

VIII. fol. 158. *Danielis Cordati Cilien. Artium ac philosophiae M. Hebraicarum Grecarumque Literarum I. V. Candidati Auctoritate Rhomanorum Pontificis Summi Caesareeque Maiestatis PR. Contra villacen. perfidos Conatus.* Sequuntur Sententiae aliquot latine, hebraice, graece, germanice, et literis, ut ait autor, a se ipso inventis. Libellus

ipse *germanica* lingua ad *Johannem Fabrum* Ep. scriptus est rudissime quidem et perobscure, ut nil insolens aevo illo, quo multi linguarum eruditarum peritissimi maternae vix tria verba eluctabantur. Queritur in eo *Cordatus*, se a *Mauritio Welzero Carinthiae Praetore (Landesverweser)* Civibusque *Villacensibus*, quorum *Syndicum* egerat, religionis catholicae ergo multis laesum injuriis, carcere 40. Hebdomadum maceratum, damnoque mille nummum aureorum adfectum, justitiamque *Ferdinandi Rom. Regis* implorat. Actum *Viennae 20. Apr. 1540.* et subscriptum: *Daniel Hertzog oder Cordatus gewesener Statsschreiber zu Villach.*

IX. fol. 168. *Acta* in Comitibus *Augustanis 1530.* in causa Religionis ab *Hieronymo Vebo* Cancellario *Badensi* submissa *Ferdinando Rom. Regi 6. Maji 1532.* lingua partim *germanica*, partim *latina*. Praeit *Epistola Vebi* ad Regem, in qua singula ex *Prothocollis suis*, ut ait, extracta Instrumenta enumerantur, quorum indicem subicere opportunum duxi:

Ertlich *Acta der sieben vonden stenden, vnd sieben von Protestirenden Chur vnd Fürsten Verordneten Fürsten, Theologen, vnd Juristen.*

Zum *Andern, was von Dreien aufs den stenden vnd dreyen aufs den Protestirenden darzu verordnet vnderredt worden.*

Zum

1841

P O L E M I C I .

1842

Zum Dritten auszug aufs obgemelten, worin man concordirt vnd verglichen gewesen in obgemelten Vnderreden.

Zum virthen *Articuli in quibus discordatum est sermone latino.*

Zum Fünften Summarischer Auszug der virzebenden vnd vordergends der sechs verordneten.

Zum Sechsten die Priuat vnd vnuorgriffen Vnderhandlung auff anbringen von weiland her Georgen (Truchsefs von Walpurg) seligen vnd mein doctor Veussen in teutscher sprach.

Zum Siebenten lateynischer Begriff solcher mittel, wie die Bap. Heil. legato fürbracht worden.

Zum Achten der Bap. Heil. legati lateynische antwort.

Zum Neunten, wie der Protestirenden verordnete solche mittel abgeschlagen, vnd her Georgen seligen vnd meine antwort darüber inen geben.

Zum Zehenden ein vnuorgriffner (Vorschlag?) von wegen meines gn. Fürsten vnde hern Marggraf Georgen zu Brandenburgk weilandt her Georgen seligen vnd mir vbergeben.

Zum Elfften zwey letzte vngeuerliche Beduncken, wie doch eine zeitlang ein fridlicher anstand gemacht werden mochte, ob dazwischen Vniuersale Concilium ausgeschriben würde. Nit fürgeschlagen.

Zum Zwelfften ein vngeuerlich neben verzeichnis ethlicher Punkten wie vnderhandlung möch-

te mit den Protestirenden intra tempus Concilij fürgenummen werden, welches aber auch nicht fürgeschlagen ist.

Zum Dreizehenden vnd Letzten ein Summarium, warauff alle Zweispaltung zu Augspurg gestanden, das man sich nit vergleichen kundt in Teutscher sprach.

Haec itaque omnia, quorum quaedam jam *Coelestini Historiae Comit. August.* quaedam *Actis publicis aliis inserta sunt*, deinceps ordine se consequuntur.

X. fol. 241. *Scriptum Legatorum Electorum, Principum, Statuum et Civitatum August. Confessione addictorum porrectum Ferdinando Regi in Conventu Hagenoae 1540. 24. Julii. germanicum. Excusatio absentiae Principum, Consensus in Colloquium de Pace Ecclesiae alibi habendum, Querela de temporis brevitae &c. prout recenset Ill. Seckendorffius Hist. Luth. T. II. L. 3. Sect. 21. §. 79. prius Scriptum 21. Jul. exhibitum, cujus nostrum paene recapitulatio est.*

CCCCLXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 710 XVI. Folior. 32. 4. inscriptus est: *De infinitis Ecclesiae Catholicae Malis, atque eorum Causis et Remediis Duae Epistole conscriptae et dedicatae — Ferdinando Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Styriae, Charinthiae et Carniolae &c. Domino ac principi*